

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Liber Latinus In Vsum Puerorum Latinam Linguam Discentium Editus

**Büsching, Anton Friedrich**

**Berolini, 1767**

**VD18 1347295X**

Aves cohortales.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

rum consequi fugientem, praedam excutere, atque auferre debeat. Quare status eius longior productiorque, ad hos casus magis habilis est, quam breuis, aut etiam quadratus, quoniam, ut dixi, nonnunquam necessitas exigit celeritate bestiam consecrandam. Caeteri artus similes membris villatici canis aequae probantur.

Nominibus autem non longissimis nominandi sunt, quo celerius quisque vocatus exaudiatur, nec tamen brevioribus, quam quae duabus syllabis enuntientur, sicut latinum est *ferox*, et *celer*, vel *foemina*, ut sunt latina *lupa*, *cerua*, *tigris*.

*Catulorum* caudas post diem quadragesimum, quam sint editi, castrare conuenier.

### Aues cohortales.

*Cohortalis* est *avis*, quae vulgo per omnes fere villas conspicitur: *rustica* vel *filuestris*, quae non dissimilis villaticae, per aucupem decipitur.

*Cohortales* sint rubicundae vel fuscae plumae, nigrisque pennis, ae si fieri poterit, omnes huius, et ab hoc proximi coloris elegantur: sin aliter, euitentur albae, quae fere cum sint molles ac minus viuaces, tum ne foecundae quidem facile reperiuntur, atque etiam conspicuae, propter que insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepe abripiuntur. Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratae, pectoraliae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis,

lis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus vngulis: generosissimaeque creduntur, quae quinos habent digitos, sed ita, ne cruribus emineant transuersa calcaria: nam quae hoc virile gerit insigne, designatur admittere marem, raroque foecunda, etiam cum incubat, calcis aculeis oua perfringit. Gallinaceos mares nisi salacissimos habere non expedit, atque in his quoque sicut in foeminis, idem color, ideinque numerus vnguum, status altior quaeritur: sublimes, sanguineaeque, nec obliquae cristae, rauidi vel nigrantes oculi, brevia et adunca rostra, maxinae candidissimaeque aures, paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent, iubae deinde variae, vel ex auro flavae, per colla ceruicesque in humeros diffusae, tum lata et musculosa pectora, lacertosaeque similes brachiis alae, tum procerissimae caudae, dupli ordine singulis vtrinque prominentibus pinnis inflexae, quin etiam vasta femina, et frequenter horrentibus plumis hirta, robusta crura, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter armata. Mores autem quamuis non ad pugnam, neque ad victoriae laudem praeparentur, maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, vigilaces, et ad saepius canendum prompti, nec qui facile terreantur: nam interdum resistere debent, et protegere coniugalem gregem: quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxiun animal, interficere.

Gall.

*Gallinaria* constitui debent parte villaæ, quæ hibernum spectat orientem. Juncta sint ea furno, vel culinae, ut ad auem perueniat fumus, qui est huic generi præcipue salutaris. Tabulatis insistere dormientem auem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus vncis adhaesit, podagram creat. Ea pernicies ut cuitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum superfluentem volucrem non recipiat. Plurimum refert aquam quam bibant, esse mundissimam!: nam stercorosa pituitam concitat. Puram tamen seruare non possis, nisi clausam, vasis in hunc usum fabricatis. Sunt autem qui aut aqua replentur, aut cibo plumbi canales, quos magis viiles esse ligneis aut fistilibus compertum est. Hi superpositis operculis clauduntur, et a lateribus super mediā partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cauis, ita ut avium capita possint admittere: nam nisi operculis muniantur, quantulumcunque aquae vel ciborum inest, pedibus euerritur. Cibaria gallinis præbentur optima, pinsitum hordeum et vicia, nec minus cicerculæ, tum etiam milium, aut panicum; excreta quoque tritici minuta commode dantur: nam per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non viriliter præbetur, quia obest avibus. Possunt etiam obiici furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur. Attamen quaecunque datur esca per cohortem vagantibus, die

die incipiente, et iam in vesperum declinante,  
bis diuidenda est. Siccus etiam puluis et cinis  
vbicunque cohortem porticus vel tectum prote-  
git, iuxta parietes reponendus est, vt sit, quo  
aues se perfundant, nam his rebus plumam  
pennasque emundant.

Curae debet esse custodi, cum parturient  
aues, vt habeant quam mundissimis paleis con-  
strata cubilia, eaque subinde conuerrat, et alia  
stramenta quam recentissima reponat: nam pu-  
licibus aliisque similibus animalibus replentur,  
quae secum affert auis, cum ad idem cubile re-  
vertitur. Affiduu autem debet esse custos, et  
speculari parientes, quod se facere gallinae te-  
stantur crebris singultibus interiecta voce acuta.  
Obseruare itaque dum edant oua, et confessim  
circumire oportebit cubilia, vt quae nata sunt  
recolligantur, notenturque quae quoque die sunt  
edita, vt quam recentissima supponantur glo-  
cientibus: sic enim appellant rustici aues eas quae  
volunt incubare. Caetera vel reponantur, vel  
aere mutentur. Aptissima sunt ad excludendum  
recentissima quaeque, possunt tamen etiam re-  
quieta supponi, dum ne vetustiora sint, quam  
dierum decem. Nouellae gallinae magis eden-  
dis quam excubandis ouis viliores sunt: inhi-  
beturque cupiditas incubandi, pinnula per nares  
trajecta. Veteranas igitur aues ad hanc rem eli-  
gi oportebit, quae iam saepius id fecerint.  
Diebus quibus animantur oua, et in speciem vo-  
lucrum conformantur, ter septenis opus est  
galli-

gallinaceo generi, at pauonino et anserino, pa-  
lo amplius ter nouenis. Incubantibus gallinis  
iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius  
nidis immorentur, neue longius euagatae refri-  
gerent oua. Die undevigesimo animaduerten-  
dum, an pulli rostellis oua percuderint, et au-  
seultetur, si pipiant: nam saepe propter crassi-  
tudinem putaminum erumpere non queunt.  
Itaque haerentes pullos manu eximere oportet-  
bit, et matri fouendos subiicere, idque non  
amplius triduo facere: nam post unum et vi-  
gesimum diem silentia oua carent animalibus,  
eaque remouenda sunt, ne incubans inani spe  
diutius detineatur effoeta. Pullos autem non  
oportet singulos ut quisque natus sit, tollere,  
sed uno die in cubili finere cum matre, et aqua  
ciboque abstinere, dum omnes excludantur.  
Postero die cum pulli fuerint effoeti, cauea cum  
matre claudendi sunt, et farre hordeaceo cum  
aqua incocto, vel adoreo farre vino resperso,  
modice alendi. Nam maxime cruditas vitanda  
est, et ob hoc tertia die cauea cum matre conti-  
nendi sunt, priusque quam emittantur ad recen-  
tem cibum, singuli tentandi, ne quid hesterni  
habeant in gutture: nam si vacua non est in-  
gluuius, cruditatem significat, abstinerique de-  
bent, dum concoquant. Oua commode seruan-  
tur per hiemem, si paleis obruas; aestate, si  
furfuribus.

*Columborum cellarium possessio, non abhorret  
a cura boni rustici, sed id genus minore tutela  
pascitur*

pascitur longinquis regionibus, vbi liber egref-  
sus aibus permititur: quoniam vel summis  
turribus, vel editissimis aedificiis assignatas sedes  
frequentant patentibus fenestris, per quas ad  
requirendos cibos euolitanc. Vasa quibus aqua  
praebeatur, similia esse debent gallinariis, quae  
colla bibentium admittant, et cupientes lauari  
propter angustias non recipient: nam id facere  
eas nec ouis nec pullis, quibus plerumque in-  
cubant, expedit. Caeterum cibos iuxta parie-  
tem columbarii conueniet spargi, quoniam fere  
partes eae columbarii carent stercore. Com-  
modissima cibaria putantur vicia, vel eruum,  
tum etiam lenticula, miliumque et lolium, nec  
minus excreta tritici, et si qua sunt alia legumi-  
na, quibus etiam gallinae aluntur. Locus au-  
tem subinde conuerri et emundari debet, nam  
quanto est cultior, tanto laetior avis conspi-  
citur, eaque ram fastidiosa est, ut saepe sedes suas  
perosa, si detur euolandi potestas, relinquat.  
Plumae color non semper, nec omnibus idem  
probatus est, atque ideo qui sit optimus, non  
facile dictu est. Albus, qui vbique vulgo con-  
spicitur, a quibusdum non nimium laudatur,  
nec tamen vitari debet in iiis, quae clauso conti-  
nentur, nam in vagis maxime est improbandus,  
quod eum facilime speculatur accipiter. Foe-  
cunditas aurem, quamuis longe minor sit quam  
est gallinarum, maiorem tamen refert quaestum,  
nam et octies anno pullos educat, si est bona  
matrix.